

dum super greges suos nocturnas exercent vigilias, & angelos in splendore & Christum natum in terris primum audire merebuntur. Jam vero infinitio salvatoris, nonne tota diligentia ad vigilandum auditores exsuscitat: sive in parabola boni seminatores dicendo: Dum dormirent homines venit malus homo, & superfeminavit zizania in triticum, & abiit? Quod si non dormissem, nec malus fortasse zizania seminare potuisset: si ve cum dicit: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: & vos similes estote hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur a nuptiis. Beati servi illi quos cum venerit Dominus invenient vigilantes. Et si vespertina, inquit, hora venerit, si media nocte, si galli cantu, & invenierit eos vigilantes, beati sunt. Illud autem scitote, quia valde inutile est oculus vigilare, animo dormiente. Cum è contrario ex persona Ecclesiae scriptura testetur: Ego, inquit, dormio: & cor meum vigilat. Curandum est etiam ne nimietate cibi vel potus visulatari peccatum oneretur: ne cruditates eructantes & crapulam, non solum ipsi nobis iniustius sumus, sed & gratia spiritus indigni judicemur. Quidam namque vir inter pastores existimatus: Sicut fumus, inquit, fugat apes, sic indigesta eructatio avertit & abscit Spiritus sancti charifinata.

Nec solum verbis docuit vigilias: sed etiam docuit exemplo. Namque testatur in Evangelio: Quia erat Jesus pernoctans in oratione. Pernoctabat Dominus, non sibi, sed ut scirent servi inopes & infirmi quid agere deberent: quando Dominus dives in omnibus, nec ullius indigena, quam fortissime per noctem in oratione duraret. Sic & increpat Petrum tempore passionis, dicens: non potuisti una hora vigilare mecum? Et ad omnes jam dicit: Vigilate & orate, ne intretis in temptationem. Hæc verba, hæc & ejusmodi exempla, orationes, quæ non de profundo etiam somno & morti limillimo valeant suscitare? His instruxit sermonibus, his confirmatis documentis beati Apostoli, & ipsi vigilantur, & vigilias imperarunt. Petrus ab angelo in carcere suscitatur, & ipso referante portam ferream in dominum Mariæ pervenit, ubi erant multi congregati: non stertentes utique, sed orantes. Idem in sua Epistola ponit ac dicit: Sobrii certote, ac vigilate: quia adverbarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, querens quem devoret. Paulus & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum audientibus vinclis dixisse memorantur: Ubi reperi terra motu concussis carceris fundamentis, & janua sponte aperta, & omnium vincula sunt soluta. Idem Paulus Apostolus à Troade profecturus, sermonem duebat usque ad medianum noctem, accensis lateribus, quam pluribus in caenaculo. Ex quo Eutychus adolescentem sonno oppressus, dispergitus Paulo prolixus, a fenestra deductus, cecidit de tertio lecto, & sublatus est mortuus, quo statim reddito vite usque ad lucem fermocinatus, Deo gubernante, profectus est.

Quam plene idem quamque copioso super exercendis vigiliis adhortatus, Thessalonicensibus scribens ait: Itaque non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii sumus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrii sunt. Nos autem qui Dei sumus, sobrii sumus. Et mire concludit: Sive, inquit, vigilemus, sive dormiamus: simul cum illo vivamus. Ad Corinthios autem: Vigilate, state in fide, confortamini, viriliter agite. Sic & ad Ephesios scribit: Orantes in omni tempore in spiritu. Et prie vigilantis quoque exemplum ponens in catalogo virtutum suarum, fructum de vigiliis multis apud Corinthios gloriat. Hæc sufficiunt de antiquitate & autoritate vigiliarum, Supereft ut secundum promissum ordinem de eorum utilitate aliquid conferamus: quamquam sentiri magis posse per exercitium ipsa utilitas, quam loquentis sermone narrari. Gustandum enim videtur, quia liuavis est Dominus: sicut scriptum est. Qui ergo gustavit, intelligit & sentit quantum pondus peccatoris vigilando deponitur, quantum mentis stupor excutitur, quanta lux animam vigilantis & orantis illustrat: quæ gratia, quæ visitatio membra universa lætitat. Vigilando timor omnis excluditur, fiducia nascitur, caro maceratur, vita tabescunt, charitas robatur, recedit stultitia, accedit prudenter, mens acutior, error obtunditur; criminum caput diabolus gladio spiritus vulneratur. Quid haec utilitate magis necessarium: quid istis lucris commodi: quid hac delectatione suavius: quid hac felicitate beatius? tenebam Propheta: qui in principio psalmorum suorum, beatum virum describens, summam beatitudinem eius in hoc versiculo collocavit: Si in lege Domini meditetur die ac nocte. Bona est quidem diurna meditatio, sed efficacior est nocturna: quia per diem necessitates varia obstant, occupationes distractant mentem, sensum duplex cura dispergit. Nox quieta, nox secreta opportunam se præberet orantibus, aptissimam vigilan-

tibus: dum carnalibus occupationibus expeditum, collectum sensum, intentum hominem divinis conpeccibus fit. Inde diabolus divinarum semper rerum calidus amulator, sicut jejuna & virginitatem, vana baptismata & inania suis cultoribus dedit: ita & hoc sanctum æmulatus officium, nocturna sacra & vigilias suis coemulationibus addidit.

Unde jam nostri fideles, si de suorum institutione non existantur ad habendas vigilias sacras, in adversa varietatis usurpatione carentes, alienas à Dei rebus non esse fateantur: quas non æmulatur iniquus ad deceptionem, nisi Deo placitas esse cognosceret ad celebrantium benedictionem. Tamen charifini fratres: qui vigilat oculis, vigilet & corde: qui orat spiritu, ore & mente: quia valde inutile est oculus vigilare, animo dormiente. Cum è contrario ex persona Ecclesiae scriptura testetur: Ego, inquit, dormio: & cor meum vigilat. Curandum est etiam ne nimietate cibi vel potus visulatari peccatum oneretur: ne cruditates eructantes & crapulam, non solum ipsi nobis iniustius sumus, sed & gratia spiritus indigni judicemur. Quidam namque vir inter pastores existimatus: Sicut fumus, inquit, fugat apes, sic indigesta eructatio avertit & abscit Spiritus sancti charifinata.

Ergo tanquam divino functuri ministerio, ante nos per abstinentiam parare debemus: ut ingravati expeditus vigilare possimus. Cogitatio quoque mala pellatur, ne male vigilans oratio fiat, sicut legitur, in peccatum. Sunt enim & ex malo vigilie: sicut in Proverbis legitur: Quare ablatus est somnus ab oculis eorum. Non enim dormiunt, inquit, nisi male fecerint. Absint fratres, absint ab hoc conventu tales vigilie. Sit portus vigilantium peccatum clausum diabolo, aperatum Christo: ut quem labii sonamus, corde tunc eamus. Tunc erunt acceptibiles nostræ: vigilie tunc pernoctatio salutaris erit: si competenti diligenter & devotione sincera ministerium nostrum, divinis obtutibus offeratur. Hac de vigilantia autoritate & antiquitate, nec non utilitate dicta sufficiant. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis: Amen.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Quæsio lector, ut de sermonis habitu nihil dicam, quid est in hac Epistola, quod ad Pammachium aut Oceanum pertinet videatur, Objurgat eos, quorum priuatem semper alias predicare solet: postremo quo signo deprebendas ad duos scriptram potius quam ad unum?

AD PAMMACHIUM ET OCEANUM, Exhortatoria.

QUI Aethiopem invitata ad balneas, & si nigredinem non auferat illi, certe vel pecuniam accipit fibi: & licet in illius candore non gaudeat, certe vel suo in lucro lætar. Ita sine dubio inobedientem qui divinis sermonibus moneretur, quamvis refragans peccata non tollat, mercedem tamen de ministerio verae charitatis fibi acquirit. Sed ideo dico: quia vos sperno? Ideo loquer: quia vos forte non diligo? Respondeo Apostoli voce: Teffis est Deus, quod facio & faciam, non contemno, sed doleo, infidelitas in meis argumentis apparere: non fidei: quia Judaica in vobis testimonia, non Christiana cognosco. Quoniam videntes, non videtis: & audientes, non vultis audire. Rem forte dictum sum. Ex utroque conturbor. Timeo auditores offendere, sed plus timeo contemptores præceptorum: qui verbum Dei audire dissipulant, pejores idolis habentur. Illa quidem aures habent, sed non voluntatem: non audiunt, non palcant manus, nec capiunt.

Unde in malorum hominum comparatione meliora sunt: quia nec concupiscunt oculis, nec per contraria & Deo iniuncta discurrunt. Et naturaliter surda, recte meliora inobedientibus judicantur. Dicat Propheta, si mentior. Loquatur David, qui huiusmodi homines comparandos esse serpentibus non negavit: Sicut apidis, ait, surda obturantis aures suas, ne vocem audiat incantans. Et videant si non recte serpentibus comparantur, qui quod audiunt naturæ beneficio, dissipulant calliditatis astutia. An Christiani dici possunt: qui etiam nomen primæ humanitatis amittunt? Ecce Jeremias dicit: Incircunscisa aures eorum. qui hoc non possunt audire. Non quia non possunt, sed impossibilitatem voluntas naturæ ini-

mica superduxit: dum longo vitiositatis usu, genuini mores per aduersam consuetudinem corrupti, malis operibus cederunt. Etiam vasa limo plena, liquorem puri elementi recipere & continere non possunt. Ager Spinolus nisi ante cultoris labore fuerit extirpatus, non nutrit in se jacta femina, sed suffocat: Ita & animus facularium sollicitudinum plenus illecebris, verbum non potest sustinere divinum: nisi prius ipsa mundi sollicitudines culparumque omnium materias, evangelica in se false succidetur. Modo quibusdam minus fortitan videor, Deo dissimilante, peccare: sed aderit illa dies, qui facta nostra quasi in quadam tabula depicta monstranda sunt.

O quantis in die illa expeditus, si in hac vita & membrosum sensu & viscerum vigore caruissent. Et quanti illi eligentes & muti, feliciores loquacibus tunc erunt. Et quanti patres philosophis. Quantu rufici oratoribus. Quantu hebetes argutis preferendis Ciceronis: Job sanctus in tentatione ad suam gloriam devotus: sic in dolore sibi clamabat: Quid prodest in tormento lux? Ut quid mihi juncta sunt gena? ut quid ubera suxi? Cur non in ventre mortuus sum: & mox ut de utero exivi, non protinus obii? Si hoc Dei amici dicebat in luce: quid ab inimicis ejus dicetur in tenebris? Si ille ingemiscit quem febris urebat: quid faciet quem gehenna consumet? Si ille sibi dolet gena fuisse conjuncta, cuius pedes semper in Dei amore cucurruerunt: quid dictus est, cuius nunquam in veritate steterunt? Displacet illi quod natus ex utero vixerat, qui bene vixit: quia cum vermis morituras edebat: quid male viventes facient, quos ignis æternus, & vermis nunquam morituras expectat? Durus est hic sermo: quis potest audire eum? Hoc dixerunt illi discipuli, qui Christi vestigia in Evangelio reliquerunt: & de divino verbo scandulum passi, faculum maluerunt amare quam Deum, quorum venter Deus, cultum nolunt audire jejunii. Luxuriola verbum castitatis offensio est: sicut Propheta dicit, Abominatio est viro iniquo directa via. Jam antiquitus dictum est ab Isaia: quod Christus infidelibus lapsi offensionis extiterit. Adulacionem possum, ne & fratrem decipiam, & me sermo percutiat Salomonis, qui ait: Verba adulatorum mollia sunt: hæc autem feriunt interiora ventris. Non est fidelis medicus qui ante digestam putredinem superducit vulnus cicatricem. Non profumus semper lac dare: quia nec vos semper parvuli esse debetis. Dicite mihi quot anni sunt ex quo regeneratus sumus in Christo?

Confideremus uniusquisque quantum ex eo tempore in illa cœlesti ætate proficerit. Nescio qualiter placeant patribus illi infantibus suis fuit anni quinque vel decem: si in ea quæ natæ sunt modicatae perdurant. Quid de nobis dicendum est, quos temporis ratio, non modicos sed abortivos invenit? Ibunt de virtute in virtutem, de bonis scriptum est Christifianis. Videamus si Christiani sumus: quid in nobis (ex quo regenerati sumus in Christo) virtutis accesserit: quid humilitas in prosperis, quid patientia in adversis, quid in tribulatione gaudii, quid felicitatis in damnis, quid indulgentiae in offensis, quid castitatis in occasione luxurie. Alii de virtute quotidie transeunt ad virtutem: nos de infirmitate ad infirmitatem. Alii meliores per momenta sunt: nos deteriores saepe efficiuntur, quasi non eundem judicem expectemus. Stulti sumus si unum probavimus creditum salvatorem: & non unum iudicem fore credamus. Unam fidem, unum baptisma, unam Ecclesiam, unum Deum dicit Apostolus.

Qui ergo hodie malus, craftina pejor: hodie avarus, craftina avarior. Ante annum meæ cupiditatis una villa sufficerat: jam hoc anno quinta fortè non sufficit. Prius extendebatur animus ut decem solidos possiderem: jam nunc centum parvi esse cœperunt. Et cum veri Christiani veri Filii Dei qui vadunt de virtute in virtutem, si perdidissent aliquid de virtute occasione lætantur: ego nisi aliena accepero, securus prandere non possum. Quid agis cœca cupiditas? Quid crudelis in parvulo? Quid lava in alieno filio? Ordinem nature an religionis evertis? Jam fecisti in pedibus, quod in capite esse debuerat. Aurum insensibile pariter omnibus dominatur. Et quid est illud rogo, vel quale est quod nos avertit a Deo? Quis splendor & quantus est, per quem mihi splendor veri solis amittitur? Aurum & argentum lutum exquisitum ex arena & minera: & ut propheta ait, lignum offenditum est aurum: quia iudicio mentis everso, per aurum libidini mancipatur: qui eodem alio acquirit solidum, quo animam perdet: lucratur imperatoris imaginem, & amittit imaginem Christi.

Temp. V.

st. Vis nosse quam perniciosus sit amor habendi, & amor requirendæ pecunie? Per hunc Judas tradidit salvatorem. Et certe quando auditur, aut quando legitur, tantum scelus abhorremus omnes. Et quantum in nobis est, impium discipulum condemnamus: & per ignorantiam nostram nos mucrone confondimus.

Quanti inter nos Jude Judam damnant? Quanti in semetipsum cum per cupiditatem suas animas æternis cruciatibus tradunt: & traditores sunt pariter & occisi? An putamus fratres, quod jocando prædicti Prophetæ, ridendo loquantur Apóstoli, inutiliter Christus judicium comminetur? Sed joci non sunt ubi supplicia intercedunt: si jocando passi sunt, credantur jocando locuti. Isaia serræ fecatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus truncatur gladio. Petrus in cruce, Domini exemplo suspenitur. Et hoc totum ut nos à peccatis sua doctrina revocarent. Sed times ne inobedientibus in contrarium divina beneficia deputentur, & proficiat ad pœnam in iudicio quod hic datum fuerat ad salutem. Timeo ne fides nostra magis jocalis sit, quam fides & verba illorum. Timeo ne nos jocando non salvemur: & quomodo per ritum introitus in Ecclesiam, sic rideat illi de nobis: sicut scriptum est: Qui habitat in cœlis irridebit eos. Multa sunt que dicantur, sed fastidio vestro, quod aspera & inculta facit oratio, & labore meo finem ponit membrana conclusio, Unum dico quod cupio, quia Christiani cœlum debent amare non terram: & verbo Dei plus obedire quam diabolo: & judicium æternum magis timere, quam hominum.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Tota specie refert parentem eundem hac Epistola quem superior, quam in plerisque codicibus absque titulo reperi: nullo indicio, nec ad quem scripta fuerit, nec à quo.

AD QUEMDAM QUI IN SÆCULO pœnitiebat.

AD te surgo hominem quem scio esse fidelem. Ad te in crepatio mea festinat, quem sentio esse superbum. Pœnitere te afferis, qui ea qua vomeras, iterum sumis. Pœnitere te afferis, qui dum opera diaboli sequeris, Dominum prætermis. Scire a te desidero quid pœnitias. Nescio quid sit tua pœnitentia. Pœnitere te afferis, qui dum justitia Dei præcinctus es, superinduxisti superbiam. Pœnitere te afferis, qui dum alienam carnem sequeris, sic fatigaris ut canis reveritus ad vomitum suum: sicut canis famidus, aut sus à calore defecta in limum terra prostrata. Quia sit tua pœnitentia non inventio. Ambulavi in locum pœnitentia & non inveni pœnitentiam tuam. Tu qui sacerdum deferueras, iterum ibidem inveniris. Qui carnis superbiam depofueras, submittis humerum, ut iterum portes. Qui avaritie dederas dorsum, denuo illi obviam reverteris. Qui vanitatem remedium dederas, iterum reverteris in gratiam ejus. Qui pompam sacerdi fugaveras, iterum in manus illius incidisti. Ambulas autem superbus & elatus cervice, nescis scriptum esse: Quid nobis profuit superbia, & quid honestas cum jaestatione nobis contulit? Iterum dictum fuisse, Transferunt omnia illa tanquam umbras? Fidelem te meministi qui per aquam baptismi fueras renovatus: sicut scriptum est: Lavamini, mundi estote: austero nequitas ab animis vestris. Illos ad lavandum hortatur: tu autem cum esis mundus, sordidus factus es. Non potes jam denuo lavari: sicut dicit Petrus ad Dominum: Domine non sum pedes, sed manus lava, & caput & me totum. Qui semel lotus est, denuo non indiget lavari. Si vix autem ut iterum emunderis, da eleemosynam, & ecce omnia tua munda sunt. Quia eleemosyna est, quæ purgat omnem formam. Humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Subditus esto & obsecra eum, ne amuleris ut nequiter facias. Nam qui malignantur, exterminabuntur. Ora Dominum quotidie cum lachrymis, si forte peccata tua solvantur. Quoniam superbis Deus resistat, humiliibus autem dat gratiam. Memento filium in longinquum positum, luxuriosè vivendo substantiam in meretricibus dispensasse; postea humili factus, reversus est in semetipsum & ait: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: & ego hic fame pereo? Surgam itaque & vadam ad patrem meum, &

Q

dicam illi: pater peccavi in celum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Pater autem cum vidisset humilitatem filii, & nimis inopia defusum, misericordia commotus est: pro filio humili occidit vitulum saginatum. Memento ergo fili quoniam Christus pro te mortuus est, qui ante fuerat vitulus saginatus. Filius autem illius major contristatus est. Quare occisus est Christus, qui erat vitulus saginatus? Pater autem illius corripiebat illum, dicens: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: Gaudere te oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat, & revixit: perierat & inventus est: O quam beatum populum pro quo Christus mortuus est: quale gaudium pater portat, quando quod mortuum fuerat, reviviscit: & quod perierat inventum est: Ecce sanus iam factus es: noli peccare: ne tibi aliquid deterius contingat. Attende ergo unde occideris, & plange & age penitentiam: Si quo minus, venier Dominus tibi, & movebit candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Memorare fili Christum reliquise nonaginta novem justos, & quaevisse unum hominem peccatorem: & inventum in invio, humeris suis reportasse. Vel illam mulierem qua perdiderat drachmam: hoc est Ecclesiam hominum peccatorum: & accendisse lucernam, hoc est Christum, qui est lumen iustitiae: & illa inventa in fercore, convocasse amicas vel vicinas: id est Ecclesias gratulasse super inventum hominem peccatorem: & à fercore erectum collocaisse eum cum principibus populi sui: hoc est cum Apostolis & Prophetis. Ecce quid faciat penitentiam hominis peccatoris: qui dum in fercore jacet, cum principibus inventur. Penitentem hominem dico: qui diebus ac noctibus ingemiscit & peccata sua eleemosynis redimit. Penitentem hominem dico, qui plangit qua fecit malum: & rogat Dominum, ut etiam non faciat quod admiserat. Penitentem hominem dico, qui post concupiscentias suas non vadit & a voluntate sua se prohibet. Penitentem hominem dico, qui diligit quod ante neglexit, & quod fecerat oblitus. Adhuc hæc reant in te qua bona sunt: & que mala sunt deleantur. Si penitentiam non egeris, incides in manus Domini secundum magnitudinem ejus. Diverte a malo & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam: sicut scriptum est: Omnia mala, & quæsiva bona. Fac ergo dignos fructus penitentie: & non dixeris: non peccavi: & quid accidit mihi triste? Non adjicias peccatum super peccatum, & dicas, miseratione Domini magna est. Scito autem quod misericordia & ira ab illo est. Revertere ad Dominum, & plange dicendo: Tibi soli peccavi & malum coram te feci. Delicta juvenitis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. Ne avertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à servo tuo. Adjutor meus es tu Domine, ne derelinques me Domine, neque despicias me Deus salutaris meus. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Sana animam meam, quia peccavi tibi. Libera me de ore leonis, & averte oculos meos ne videant vanitatem. Illumina faciem tuam super servum tuum: & salvum me fac in tua misericordia. Adhaesi testimonii tuis Domine: noli me confundere. Ne tradideris me in manus tribulantium me. Cufodi me Domine, ne ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. Peccatum meum cognitum tibi feci, & injusticias meas non abscondi. Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. Fac mecum signum Domine in bonum: ut videant qui oderunt me & confundantur. Remitte mihi Domine ut refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero.

Ecce penitentia hominis humiliantis se: quomodo veniam non habebit qui taliter ingemiscit? Quis non audiat illum & moveatur? Quoniam qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniuitate? Melius est te non vorare & reddere, quam vorare & non reddere. Penitentem te dicas, & carnis libidine delectaris. Peccata tua non definire ambulare, & tu dicas quod sedeat. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum super os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit nequitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum

detraheras: & adversus filium matris tuæ ponebas scandulum. Hec fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliscimini Dominum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illuc est iter quo offendam ei salutare meum.

Ecce qualis communatio Domini in hominem peccatorem. Tu qui dicas, qui asseris te penitente: ubi est penitentia tua? Exclusa est per superbia & contemptum: sequi Deum prætermisisti. Audi fili, & retrahere pedem tuum de scabie, cui renunciasti. Penitente ergo de omni pompa iniquitatis. Apprehende fidem quam ante perdideras, ut consentires diabolο, & tenebas: & Dominum, qui lux est, post dorsum reliqueras. Memorare fili quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Miserebitur tibi Dominus: si haec cum legeris facias, & per obedientiam penitentiam sequaris. Verum si de toto corde penitentiam egeris: si Dominum pro oculis tuo, nisi penitentiam egeris. Memorare fili Christum reliquise nonaginta novem justos, & quæsisse unum hominem peccatorem: & inventum in invio, humeris suis reportasse. Vel illam mulierem qua perdiderat drachmam: hoc est Ecclesiam hominum peccatorum: & accendisse lucernam, hoc est Christum, qui est lumen iustitiae: & illa inventa in fercore, convocasse amicas vel vicinas: id est Ecclesias gratulasse super inventum hominem peccatorem: & à fercore erectum collocaisse eum cum principibus populi sui: hoc est cum Apostolis & Prophetis. Ecce quid faciat penitentiam hominis peccatoris: qui dum in fercore jacet, cum principibus inventur. Penitentem hominem dico: qui diebus ac noctibus ingemiscit & peccata sua eleemosynis redimit. Penitentem hominem dico, qui plangit qua fecit malum: & rogat Dominum, ut etiam non faciat quod admiserat. Penitentem hominem dico, qui post concupiscentias suas non vadit & a voluntate sua se prohibet. Penitentem hominem dico, qui diligit quod ante neglexit, & quod fecerat oblitus. Adhuc hæc reant in te qua bona sunt: & que mala sunt deleantur. Si penitentiam non egeris, incides in manus Domini secundum magnitudinem ejus. Diverte a malo & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam: sicut scriptum est: Omnia mala, & quæsiva bona. Fac ergo dignos fructus penitentie: & non dixeris: non peccavi: & quid accidit mihi triste? Non adjicias peccatum super peccatum, & dicas, miseratione Domini magna est. Scito autem quod misericordia & ira ab illo est. Revertere ad Dominum, & plange dicendo: Tibi soli peccavi & malum coram te feci. Delicta juvenitis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. Ne avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. Fac mecum signum Domine in bonum: ut videant qui oderunt me & confundantur. Remitte mihi Domine ut refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Demir quis hanc Epistolam Hieronymianam admiscerit, prodigia cujusdam balbutientie, & modis omnibus talem, ut Joviniani videri posset, quantum subdorari licet ex his qua dicitur Hieronymus ex illius commentariis recensuit.

DE DIVERSIS GENERIBUS
leprarum.

ADMIRABILE divina dispositionis examen: quæ exhiberi sibi Deus ac deferri voluit, magno confilio & solerti scientia ac ratione mandavit. Diversa enim hominum moribus genera naturarum: diversis statutis præceptorum sententias gubernari. Aliis enim imaginarium legis opus, quasi sub veritate color depinxit. Aliis corpus ipsius veritatis declaravit. Quos enim obvolutos adhuc mundi caligine, ad comprehendenda ea qua germanæ erant ac solidi perpendit: eis observantia ordine suspenso, subtili quadammodo examine fusuravit: quos autem comprehendere posse absolutum prædicationis Carmen agnoscit, eis Deus perfectam harmoniam solide vocis intonuit. Inde est quod figuris & ænigmatibus lex præsa depingitur, quoniam dum infirma Judeorum aries habetur, & candidum scientie claritatem vigore inspiciendi lumen non habent, necesse est ut in variis figuris figurorum color adhibetur. Nam illis & virtutum præmia supposita spe promittuntur: & peccatorum nota inveniuntur in corpore. His enim confirmantur alii, quibus alii transferuntur. Præfens lectio exigit hujusmodi ferre sermonem: quæ diversa leprarum genera deprehendenda in diversis materiis designavit. Alia enim lepra in parietibus demonstratur, alia humano notatur in corpore, alia in vasculis, alia in veste, alia designatur in stamine. Deinde que in hujusmodi vulneris loco, crebra æ varia pellicula depuntur. Quid enim dicam? Tot sunt genera quot colores, alia pallida, alia tetra, alia rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est in situ naturæ virtus, polluantur, quid hi faciunt, qui gravioribus morbis corporum pragavantur?

Sed age jam videamus genera leprarum, ut medelarum causas agnoscere atque probare possimus. Si fuerit, inquit, lepra alba vel rubicunda, five tetra, vel pallida, vel si florens, air, hoc est tot corpore decurrent. Nam est detefabilis lepra, qua omnino mundari non possit. Est & qua facilem habeat mundationem. Alia quoque adventitia: alia innata deprehenditur: Quæ omnia nisi spiritualiter sentiantur: rationem intelligentiæ simplicis non admittunt. Nam di-

vina sapientia, legis sua profundum in hujus extrema seculi regione, quasi templum suo nomine consecratum, intra civitatis alterius moenia collocavit. Cujus confractio atque opus quavis magnificum videatur, interior tamen aditus non omnibus referatur. Multi enim mirantur ornamenta vitorum: sed interioris scientiæ aditus referare non possunt.

Quare oranda est divina dignatio, ut pulsantibus nobis, intelligentiæ patescat ingressus. Jubetur igitur diversa leprarum genera fæcios templi diligenter inspicere, atque earum habitus, vel colores, pleniori consideratione deprehendere. A coloribus enim lepra refertur posse agnoscere: quos tamen ad peccatum magis animæ, quam ad morbum corporis manifestentur pertinere. Diversi enim colores, diversas animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra conspicitur: languens & ægra fides animæ denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur, mens furiose atque iracundia inflammatæ & homicidii crux resperga cognoscitur. Cum vero alba, tunc hæreticorum fucata & male munda conscientia condemnatur.

Sed alia lepra in capite: alia oriri perhibetur in barba. Sunt enim hæretici qui Deum Patrem videntur tantummodo blasphemare: ut Manichei, qui non solum eum factorem denegat mundi, verum etiam malorum profiteretur esse autorem. Hi sunt qui lepram in capite portare videntur. Caput enim, inquit Apostolus, viri, Christus est. Quæ vero lepra in barba portatur: hi sunt qui blasphemare videntur in filium. Christum enim in adventu præstimo, perfecti viri ævum agentes, quasi tricenaria artis virilites decoravit. Sed & si tetra, inquit, & livida fuerit: quid aliud quam lividum & livoris maculæ excerdantur? Si autem, ait, nigra fuerit lepra, fumo utique idolatriæ & sacrificiorum nidoribus est notata. Si autem, inquit, florens lepra fuerit, & coopereretur omnem florum maculationis à capite usque ad pedes: visu sacerdotis dijudicabitur. Videbit, enim sacerdos: & ecce lepra coopererit omnem pellam corporis, & mundabit illum sacerdos à maculatione, quoniam in album mutabitur.

In hac lepra quam quasi albam & florentem designat: diversa crimina varie deprehendit: quia cum mundis vita voluptas, quasi candida & florens existimat: tum grave vitorum contagium graffatur in corpore. Nam aut avaritia, aut libidinis macula perpeftescunt. Sed hanc lepram citò dicitur mundari. Avaritia enim crimen facile curare potest, qui conversus ad Dominum, & ea quæ possederit indigentium almonia ministraverit: ita ut Dominus in Evangelio ait: Verum date elemosynam, & ecce omnia vobis munda sunt. Libidinem quoque celeriter mundare poterit, si jejunis frequentissimis & abstinentia corporis retinuerit. Sed his omnibus mendem per sacerdotem præcepit Dominus adhiberi. Dicit enim est lepra qua sacrificiorum oblationibus emundetur. Aliam vero quam aquæ facilius abluant: nec non & qua extra castra posita mundetur. Esse quoque lepram asserit: quæ mundari omnino non possit.

Horum igitur secundum figuram graviorum peccatorum crimina congregantur. Alia sunt que ante baptismum videntur esse commissa: quæ tamen per gratiam baptismi diluntur. Alia vero que post lavationem baptismatis perpetrantur: quæ five graviora, five minora peccata sunt, vilia tamen fæcios emundantur. Quodcumque enim modicum delictum fuerit, potest à sacerdote omnino relaxari. Quæ autem graviora sunt, disciplina debent Ecclesiastice regule & oratione purgari. Quæ vero infanbilis sunt, Deo judici reservantur. Et inde est quod in hoc loco ait: Unumquemque secundum quod haberet propriam curationem, sacrificium offerre debet: id est, unusquisque secundum quod se deliquesce cognoget, five per carnalem concupiscentiam, seu per idolatriam, seu perjurio, seu mendacio, quasi lepra se vitis intelligit maculatum: prout poterit, Deo sacrificare non desistat. Sed dicit genus est lepra, quod omnino mundari non possit: & ideo hujusmodi homo extra castra jubetur expelli. Hoc est sane crimen, quod admittitur in Spiritum sanctum, blasphemie scilicet, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro.

Adjectum autem scriptura divina, lepram esse in vasculis, lepram in parietibus, lepram in vestibus, lepram in stamine: sed quomodo in his rebus lepra esse possit, penitus ignoramus.

Tom. V.

qua quia vita carent, etiam sensu carere necesse est. Sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse referatur, hæreticorum perfidiam notari. Quid enim non polluitur, ubi adulterina doctrina blasphemia predicatur? Ideo hanc lepram fæcios jubetur a parietibus emundare, ut Catholice veritas doctrina, maculosa hæreticorum verba depellar. Cum autem lepra in vasculis dicitur esse, proprii corporis delicta monstratur. Vafa autem hominum corporibus comparat Apostolus: Habentes, inquit, thesaurum hunc in vasculis fæcilius. In stamine autem quomodo lepra esse potest, nisi quia stamine anima hominis fidelis designatur? Quæ cum tentationibus, ut fūsum filiorum tenuitate torqueat: firmioris virtutis soliditatem constringatur.

Stat ergo anima ut densissimum stamen erecta: corporis vero sensus ut trama stamini subjacebit. Et ideo etiam in trama lepram esse designat: quia alia corporis, alia animæ peccata significat. Sed quid pro mundatione leprarum, aut duo agni anniculi, aut tortilla olei, aut duas gallinas jubentur offerriri? In duobus ergo agnis, duo Christi significantur adventus, in quibus credere oportet, ut emundari à lepra peccatorum prie mereamur, unum cum venti & passus est, aliud quo est venturus in gloria. Sed vitulum, inquit, offerat: hoc animal genere, gentes crucis Christij go subjugandas esse demonstrat. Duas gallinas, animam indicate videntur & carnem. Sed unam, inquit, gallinam occides, alteram aqua ablues & dimites. Caro utique in passione jubetur occidi: anima vero qua per naturam aeternam morti videtur esse subiecta: abluta aqua baptismatis a criminibus relaxari.

Sed & lignum, inquit, cedrinum. Impurum hoc lignum genus esse, nemo est qui nesciat. Ergo per cedrum, incorruptam mentem & stabilem fidem voluit ostendit, Hyssopum autem preces orationesque demonstrat. Sed & coccum, scilicet martyri gloriam manifestat. Qui mediocris est, ait, quod valer afferat: id est, si quis non omnes divitias celestium est charismatum consecutus, vel potest & si minimum Deo devotionis sue deportare obsequium. Ut si virginitatem quis obfervere non potuit, unius conjugis saltē castum custodiat: vel qui martyri trophaeum non valuit reportare, fugax se præfudit Deo fervet invictum. Et olei, inquit, tollam offerat, utique misericordia gratiam: etiam si clarissimam sanctimoniam faciem præferre non valuit, lucernam saltē fidei non extinguat. Videtis ergo dilectissimi fratres nullam esse tam exiguum spiritalis gratia paupertatem, quæ ad offerendum sacrificium Deo non quamcumque possit lamentatione oblationem offerre.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Quid venisset in mentem divo Hieronymo, ut eadem de rebis scriberet? Quanquam totus sermo claret, alium hujus Homilia autem.

DE DUOBUS FILIIS, FRUGI
& luxuriolo.

MNIUM quidem de scripturis questionum absolutio illi soli ita ut est, est nota qui dixit: Ego sum veritas. Nos autem oportet pia voluntate accedere, & speciali sensu ad inquisitionem divinarum scripturarum: scientes quod si aliquod vere invenierimus bonum desiderium mentis attente Deo: inter fines beatitudinis ejus erimus: de qua dicitur: Beatus vir qui impletivit desiderium suum. Qualis autem sit hujus concupiscentia species, adjeccio beatitudinis facilè declarat audire volentibus, id est, prudenter audiendibus. Quod si non poterimus ad plenam veritatem ipsius intelligentiam pervenire: nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine, quam capiunt qui implent desiderium suum. Neque enim si non ceperimus id munus, cuius praestandi potestas in alterius manu posita est, reprehensionem sufficiemus: sed si in his quæ agere præcipimus pareamus, præmium laudis justæ adipiscimur.

Quoniam ergo omnimode demonstratum est, non solum nullius periculi, sed & plurime utilitatis esse scrutari divinas scripturas: disquiramus illam Evangelii parabolam, que est de patre & duobus filiis. Nam unus rei causa & de ove & de muliere comparationes nobis contexto ordine supra recitata sunt. Quaritur ergo quis ille senior sit frater,

O ij